Sum ex libris Nicolai ... Pastoris Superioris dollendorff

Incipit epiſtola beati Hieronymi ad Paulinum preſbyterū de omnibus diuini hiſtorie libris. Capitulū I

FRater Ambroſius tua mihi munuſcula perferēs. detulit ſimul ⁊ ſuauiſſimas litteras: que a principio: amicitiarū fidē probate iā fidei et veteris amicitie noua preferebant. Vera enī illa neceſſitudo eſt ⁊ chriſti glutino copulata: quam nō vtilitas rei familiaris. nō preſentia tm̄ corpoꝝ nō ſubdola et palpās adulatio: ſed dei timor et diuinarū ſcripturarum ſtudia cōciliant. Legimus in veteribus hiſtoriis. quoſdā luſtraſſe ꝓuincias. nouos adiiſſe ꝑplos: maria trāſiſſe vt eos quos ex libris nouerāt: corā q̄ꝫ viderēt. Sic pythagoras memphiticos vates. ſic plato egiptū ⁊ archytam tarentinū. eāq̄ꝫ oram italie que quondam magna grecia dicebat̄. laborioſiſſime peragrauit vt qui athenis magiſter erat et potēs. cuiuſq̄ꝫ doctrinas achademie gymnaſia ꝑſonabant. fieret ꝑegrinus atq̄ꝫ diſcipulus: malens aliena verecunde diſcere q̄ꝫ ſua impudenter ingerere. Deniq̄ꝫ cū litteras q̄ſi toto orbe fugientes ꝑſequit̄ captus a piratis ⁊ venundatus. tyranno crudeliſſimo paruit. ductus captiuus vinctus ⁊ ſeruus tm̄ quia phs: maior emēte ſe fuit. Ad titū liuiū lacteo eloquētie fonte manantē. de vltimis hyſpanie galliarūq̄ꝫ finibus quoſdā veniſſe nobiles legimus et quos ad contemplationē ſui roma nō traxerat vni' hominis fama ꝑduxit. Habuit illa etas inauditū omnibus ſeculis celebrandūq̄ꝫ miraculum. vt vrbem tantā ingreſſi. aliud extra vrbem quererent. Apollonius ſiue ille magus vt vulgus loquit̄: ſiue phs. vt pythagorici tradūt intrauit perſas. pertranſiuit caucaſum albanos. ſcytas. maſſagetas. opulentiſſima indie regna penetrauit ⁊ ad extremū latiſſimo phyſo amne tranſmiſſo ꝑuenit ad bragmanas. vt hiarcham in throno ſedentē aureo: et de tantali fonte potantē. inter paucos diſcipulos de natura. de moribꝫ. ac de curſu dierū et ſyderū audiret docentē. Inde ꝑ elamitas babylonios. chaldeos. medos. aſſyrios. parthos. ſyros. phenices. arabes. paleſtinos: reuerſus ad alexandriā perrexit ad ethiopiā: vt gymnoſophiſtas ⁊ famoſiſſimā ſolis menſam videret in ſabulo. Inuenit ille vir vbiq̄ꝫ q̄d diſceret. et ſemper ꝓficiens: ſemper ſe melior fieret. Scripſit ſuper hoc pleniſſime octo voluminibus philoſtratus.

II

q Quid loquar de ſeculi hominibus cū apoſtol' Paulus vas electionis et magiſter gentiū. qui de cōſcientia tanti in ſe hoſpitis loquebatur dicens. an experimentū queritis eius qui in me loquit̄ chriſtus: poſt damaſcum arabiamq̄ꝫ luſtratam. aſcēdit hieroſolimam vt videret petrū. et manſit apud eū diebꝫ quindecim. Hoc enī miſterio hebdoadis et ogdoadis. futurus gentiū predicator inſtruendus erat. Rurſumq̄ꝫ poſt annos quattuordecim. aſſumpto barnaba et tito. expoſuit cū apoſtolis euangeliū. ne forte in vacuum curreret aut cucurriſſet. Habet neſcio quid latētis energie viue vocis actus. et aures diſcipuli de autoris ore tranſfuſa fortius ſonat. Vn̄ et eſchynes cum rhodi exularet. et legeret̄ illa demoſthenis oratio: quam aduerſus eū habuerat: mirantibꝫ cunctis atq̄ꝫ lau-

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

dantibus:ſuſpirans ait. Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiā. ſua verba reſonantē.

III

n Ec hoc dico. ꝗ ſit aliquid in me tale: qđ vel poſſis a me audire vel velis diſcere. ſed quo ardor tu⁹ ⁊ diſcendi ſtudiū etiam abſq; nobis p ſe ꝓbari debeat. Ingenium docile et ſine doctore laudabile eſt. Nō quid inuenias ſed quid q̄ras cōſideramus. Mollis cera ⁊ ad formandū facilis. etiā ſi artificis et plaſte ceſſant manus: tamē virtute totū eſt quicq̄d eſſe poteſt. Paulus apl's ad pedes gamalielis lege moiſi ⁊ ꝓphetas didiciſſe ſe gloriat' vt armatus ſpiritualib' telis poſtea doceret cōfidenter. Arma eni noſtre militie nō carnalia ſunt. ſ; potentia deo ad deſtructionē munitionū et cogitatōnes deſtruentes et omnē altitudinem extollentē ſe aduerſus ſcientiam dei ⁊ captiuātes oēm intellectū ad obediendū chriſto: ⁊ parati ſubiugare oēm inobedientiā. Thimotheū ſcribit ab infantia ſacris litteris eruditū et hortat' ad ſtudiū lectionis. ne negligat gratiā q̄ data ſit ei p impoſitionē man⁹ pſbyterij. Tito precipit vt inter ceteras virtutes epiſcopi: quas breui ſermone depinxit ſcientiā quoq; non negligat ſcripturarum obtinentē inquit eū qui ſm doctrinam eſt: fidelem ſermonē vt potens ſit exhortari in doctrina ſana. et cōtradicentes reuincere.

IIII

ſ Ancta quippe ruſticitas ſolū ſibi ꝓdeſt. et q̄tū edificat ex vite merito eccleſiā chriſti. tantū nocet ſi deſtruentib' nō reſiſtat. Malachias ꝓpheta. imo p malachiā dñs interrogauit ſacerdotes legē. Intantū ſacerdotis officium eſt: interrogatū reſpondere de lege. Et ī deutronomio legimus. Interroga patrē tuū et annūciabit tibi. maiores tuos et dicent tibi. In pſalmo q̄q; centeſimo decimooctauo. Cantabiles mihi erāt iuſtificatōes tue in loco pegrinatōis mee. Et in deſcriptōne iuſti viri. cum eo arbore vite dauid q̄ eſt in paradiſo cōpararet: inter ceteras virtūtes hoc etiam intulit. In lege dñi voluntas eius: et in lege eius meditabit' die ac nocte. Daniel in fine ſacratiſſime viſionis: ait. iuſtos fulgere quaſi ſtellas et intelligentes. i. doctos quaſi firmamentū. Uides quantū inter ſe diſtant iuſta ruſticitas et docta iuſticia: Alij ſtellis: alij celo cōparantur. Quanq; iuxta hebraicā veritatē: vtrūq; de eruditis poſſit intelligi. Ita enim apud eos legimus. Qui aūt docti fuerint fulgebūt quaſi ſplendor firmamēti. et qui ad iuſticiā erudiūt multos q̄ſi ſtelle in ꝑpetuas eternitates. Cur dicit' Paulus apl's vas electionis: Nempe quia vas legis et ſcripturarū ſanctarū erat armariū. Phariſei ſtupent in domini doctrina. et mirantur in petro et iohanne quō legem ſciāt: cum litteras nō didicerint. Quicquid eni alijs exercitatio et quotidiana in lege meditatio tribuere ſolet: illis hoc ſpirituſſanctus ſuggerebat. Et erant iuxta qđ ſcriptū eſt: dociles deo. Duodecim annos ſaluator impleuerat. et in templo ſedens de queſtionibus legis interrogās: magis docet dum prudenter interrogat. Niſi forte ruſticū petrū. ruſticū iohannem dicimus: quorū vterq; dicere poterat. ⁊ ſi imperitus ſermone nō tamē ſciētia. Johannes ruſticus. piſcator indoctus. Et vnde illa vox obſecro. In principio erat verbum: et verbum erat apud deum. et deus erat verbum. Logos grece multa ſignificat. Nam ⁊ verbum eſt. et ratio. ⁊ ſuppūtatio. et cauſa vniuſcuiuſq; rei. p quā ſunt ſingula q̄ ſubſiſtunt: que vniuerſa recte intelligimus in chriſto.

V

h Oc doctus plato neſciuit. hoc demoſthenes eloquēs ignorauit. Perdā inquit ſapientiā ſapientium. et prudentiā prudentiū reprobabo. Uera ſapientia perdet falſam ſapientiā. et quanq; ſtultitia ꝑdicatōis in cruce ſit tū paulus ſapientiā loquit' inter perfectos. Sapientiam autē n[illegible] ſeculi iſtius que deſtruitur. Nec pr[illegible]

cipiū huius ſeculi: ſed loquit̄ dei ſapiaꝫ
in miſterio abſconditā quam pdeſtina
uit deus ante ſecula. Dei ſapientia chri
ſtus eſt. Chriſtus enim dei virtus ⁊ dei
ſapientia. Hec ſapientia in miſterio ab
ſcōdita ē. de qua et noīe pſalmi titulus
prenotat̄ pro occultis filijs. in quo ſūt
omnes theſauri ſapientie et ſcientie dei
abſconditi. Et qui in miſterio abſcon-
ditus erat: predeſtinatus eſt ante ſecu-
la. predeſtinatus aūt et prefiguratus
in lege et pphetis. Unde et pphete ap-
pellabantur videntes: quia videbāt eū
quē ceteri nō videbant. Abraam vidit
diem eius et letatus eſt. Aperiebantur
celi ezechieli qui populo peccatori clau-
ſi erant. Reuela inquit dauid oculos
meos. et conſiderabo mirabilia de lege
tua. Lex enim ſpiritualis eſt. et reuela-
tione opus eſt vt intelligatur: ac reue-
lata facie dei gloriam cōtemplemur. Li
ber in apocalipſi ſepte ſigillis ſignatus
oſtendit̄. quē ſi dederis homini ſcienti
litteras vt legat: reſpondebit tibi. Nō
poſſum. Signatus eſt enim. Quanti
hodie putāt ſe noſſe litteras: tenēt ſi-
gnatum librum. nec aperire pñt niſi il-
le reſeruauerit qui habet claueꝫ dauid.
qui aperit et nemo claudit. claudit ⁊ ne
mo aperit. In actib9 aploꝝ ſanctus eu
nuchus imo ſanctus vir. ſic enim eum
ſancta ſcriptura cognominat. cum lege
ret eſaiam pphetaꝫ interrogatus a phi-
lippo: putaſ ne intelligis q̄ legis? reſpō
dit. Quō poſſum niſi aliqs me docue-
rit? Ego vt de me loq̄r interiꝫ nec ſan-
ctior ſum hoc eunucho. nec ſtudioſior q̄
de ethiopia id eſt de extremis finibus
mundi: venit ad templū. reliquit aulā
regiam. et tantus amator legis fuit di
uine atqꝫ ſcientie. vt etiam in vehiculo
litteras legeret ſacras. Et tamen cum
librum teneret et verba domini in cogi
tatione cōciperet. ligua volueret: labijs
perſonaret: ignorabat eum quem in li-
bro neſciens venerabat̄. Uenit philip-
pus: oſtendit ei ieſum. qui clauſus late
bat in lr̄a. O mira doctoris virtus. Ea
dem hora credidit eunuchus: baptiçat̄
fidelis et ſanctus magiſter efficit̄ de di
ſcipulo. plus in deſerto fonte eccleſie q̄
in aurato ſinagoge templo reppetit.

Et a me pſtricta ſunt VI
h breuiter neqꝫ enim epiſtolaris
anguſtia euagari longius pa-
tiebat̄: vt intelligeres te in ſcripturis
ſacris ſine pūio ⁊ monſtrāte ſemitā: ñ
poſſe ingredi. Taceo de grāmaticiſ. rhe
toricis. phis. geometris. dialeticis. mu
ſicis. aſtronomicis. aſtrologis medicis
quoꝝ ſcientia mortalib9 ſatis. vel vtiliſ
ſima eſt ⁊ in tres ptes ſcindit̄: i doctri-
nā. rōem et vſum. Ad minores artes ve
niam. et q̄ nō tam lingua q̄ manu ad-
miniſtrant̄. Agricole. cementarij. fabri
metalloꝝ. lignoꝝūqꝫ ceſores lanarij q̄qꝫ
et ceteri fullones et q̄ variā ſuppellecti
lem ⁊ vilia opuſcula fabricāt: abſqꝫ do-
ctore eſſe nō pñt qd̄ cupiūt. Qd̄ medi-
corum eſt. pmittunt medici: tractāt fa
brilia fabri. Sola ſcripturaꝝ ars ē: quā
ſibi paſſim oēs vendicāt. Scribimus
indocti: doctiqꝫ poemata paſſim. Hanc
garula anus. hanc delirus ſenex. hāc ſo-
phiſta verboſus. hāc vniuerſi pſumunt
lacerāt. docent anteqꝫ diſcant. Alij ab-
ducto ſupcilio grandia verba trutinan-
tes: inter mulierculas de ſacris litteris
philoſophant̄. Alij diſcunt pch pudor
a feīs qd̄ viros doceāt. ⁊ ne parū hoc ſit
quadā facilitate verboꝝ: imo audacia e-
diſſerūt alijs. qd̄ ipi nō intelligūt. Ta-
ceo de meis ſimilib9. qui ſi forte ad ſcri
pturas ſanctas poſt ſeculares lr̄as ve-
nerint. et ſermone cōpoſito aures ppli
mulſerint. quicqd dixerint hoc legē dei
putant. Nec ſcire dignant̄ quid pphete
quid apli ſenſerint: ſed ad ſenſum ſuū
incōgrua aptant teſtimonia quaſi gra-
de ſit et non vicioſiſſimū dicendi gen9
deprauare ſententias. et ad voluntateꝫ
ſuam ſacram ſcripturam trahere repu-
gnantem. quaſi non legerimus home-
rocentenas et virgiliocentenas. ac nō
ſic etiam et marone ſine chriſto poſſu-
mus dicere chriſtianū. quia ſcripſerit

Jam̄ redit et virgo: redeūt ſaturnia
regna. Jam noua ꝓgenies celo dimit-
titur alto. Et patrē loquentē ad filiū.
Nate mee vires: mea magna potentia
ſolus. Et poſt verba ſaluatoris in cruce
Talia perſtabat memorans: fixuſqꝫ ma
nebat. Puerilia ſunt hec et circulatoꝝ
ludo ſimilia. docere qd̄ ignores imo vt
cum ſtomacho loquar: nec hoc quidem
ſcire quod neſcias. VII

Jdelicet maniſeſtiſſima eſt ge
v neſis in qua de creatura mūdi
de exordio generis humani. de
diuiſione terre. et de cōfuſione lingua-
rum. de deſcenſione vſqꝫ ad egyptū ſcri
bitur hebreoꝝ. Patet exodus cū decē
plagis cū decalogo: cum miſticis diui-
niſqꝫ preceptis. Jn ꝓmpto eſt leuitic⁹
liber in quo ſingula ſacrificia. imo ſin-
gule pene ſillabe et veſtes aaron et to-
tus ordo leuiticus ſpirāt celeſtia ſacra-
mēta. Numeri vero nōne toti⁹ ariſme
trice. et ꝓphetie balaam. et quadraginta
duarū manſionum per heremum mi-
ſteria cōtinentur. Deutronomiū vero
ſecūda lex et euangelice legis ꝑfigura-
tio: nonne ſic ea habet q̄ priora ſunt vt
tamen noua ſint omnia de veteribus?
Hucuſqꝫ moiſes. hucuſqꝫ pentateucus
quib⁹ quinqꝫ verbis loqui ſe vellet apo-
ſtolus in eccleſia gloriatur. Job exem-
plar patiētie que non miſteria ſuo ſer-
mone cōplectitur. Proſa incipit verſa
labitur pedeſtri ſermone finit: omneſqꝫ
leges dialetice: ꝓpoſitione. aſſumptōe.
cōfirmatione. cōcluſione determinat.
Singula in eo verba plena ſunt ſenſi-
bus. et vt de ceteris ſileā reſurrectio-
nem corpoꝝ ſic ꝓphetat: vt nullus de ea
maniſeſtius ⁊ cautius ſcripſerit. Scio
inquit ꝙ redemptor meus viuit ⁊ ī no
uiſſimo die de terra reſurrectur⁹ ſum.
et rurſum circundabor pelle mea. et in
carne mea videbo deum quem viſurus
ſum egoipſe ⁊ oculi mei cōſpecturi ſunt
et non alius? Repoſita eſt hec ſpes mea
in ſinu meo. Ueniam ad ieſum naue:
qui typum domini nō ſolum in geſtis:
verumetiam in nomine prefert. Tran
ſit iordanē. hoſtiū regna ſubuertit. di-
uidit terra victori populo. et per ſingu-
las vrbes viculos. mōtes flumina. tor
rentes. atqꝫ confinia eccleſie. celeſtiſqꝫ
hieruſalē ſpiritualia regna deſcripſit.
Jn iudicum libro quot principes ꝓplī
tot figure ſunt. Ruth moabitis eſaie ex
plet vaticinium dicentiſ. Emitte agnū
domine dominatorem terre: de petra de
ſerti ad montē filie ſion. Samuel in
heli mortuo et in occiſione ſaul veterē
legem abolitam monſtrat. porro in ſa-
doch atqꝫ dauid noui ſacerdotij nouiqꝫ
imperij ſacramēta teſtatur. Malachim
id eſt tercius et quartus regū liber a ſa
lomone vſqꝫ ad iechoniā. et a hierobaā
filio nabath. vſqꝫ ad oſee qui ductuſ eſt
in aſſyrios. regnum iuda et regnū de-
ſcribit iſrael. Si hiſtoriā reſpicias ver
ba ſimplicia ſunt: ſi in litteris ſenſum
latentē inſpexeris: eccleſie paucitas et
hereticorum cōtra eccleſiā bella narran
tur. Duodecim ꝓphete in vnius volu-
minis anguſtias coartati. multo aliud
q̄ꝫ ſonant in littera ꝑfigurāt. Oſee cre
bro nominat effraim. ſamariā. ioſeph
iezrael. et vxorē fornicariā et fornicatio
nis filios. et adulteram cubiculo clau-
ſam mariti. multo tempore ſedere vi-
duam. et ſub veſte lugubri mariti ad ſe
reditum preſtolari. Johel filius fatuel
deſcribit terram duodecim tribuū eru
ca brucho locuſta rubigine vaſtante cō
ſumptam. et poſt euerſionē prioris po-
puli effuſum iri ſpiritum ſanctū ſuper
ſeruos dei et ancillaſ. i. ſup centū vigin
ti credentiū nomina. et effuſū iri in ce
naculo ſion. Qui centū viginti ab vno
vſqꝫ ad quindecim paulatim et ꝑ incre
menta ſurgentes: quindecim graduū
numerū efficiunt. qui in pſalterio mi
ſtice cōtinentur. Amos paſtor et ruſti-
cus et ruborum mora diſtringens pau-
cis verbis explicari nō poteſt. Quis e-
nim digne exprimat tria ⁊ quattuor ſce
lera damaſci et gaze. tyri ⁊ idumee ⁊ fi-
lioꝝ ammon et moab et in ſeptimo et

octauo gradu iu̅de et iſrael? Hic loqui
tur ad vaccas pingues que ſunt in ſa-
marie monte: et ruiturā domū maiorē
minoreq̄ʒ teſtatur. Ipſe cernit victorē
locuſte. et ſtantē dominū ſuper muruʒ
litum vel adamantinū ⁊ vncinū pomo
rum attrahentē: ſupplicia peccatoribus
et famē in terra: nō famem panis nec
ſitim aque: ſed audiendi verbū dei. Ab-
dias qui interpretat̄ ſeruus domini ꝑ-
tonat cōtra edom et ſanguineū terre-
nūq̄ʒ fratrē. fratris quoq̄ʒ iacob ſemper
emulum haſta percutit ſpiritali. Ionaſ
pulcerrima colūba naufragio ſuo paſ-
ſionem dn̄i prefigurans: munduʒ ad
penitentiā reuocat. et ſub noīe niniue
gentibus ſalutē nunciat. Micheas de-
moraſthi coheres chriſti vaſtationē an
nunciat filie latronis. et obſidionē po-
nit cōtra eam. quia maxillam ꝑcuſſerit
iudicis iſrael. Naum cōſolator orbis in
crepat ciuitatē ſanguinū. et poſt euerſi
onem illius loquitur. Ecce ſup mōtes
pedes euāgeliçantis ⁊ annunciātis pa
cem. Abachuc luctator fortis et rigid9
ſtat ſuper cuſtodiā ſuā: et figit gradum
ſup munitionē vt chriſtuʒ in cruce cō-
templetur et dicat. operuit celos gloria
eius. et laudis eius plena eſt terra ſplē
dor eius vt lux erit: cornua in manibuſ
eius. ibi abſcondita eſt fortitudo eius.
Sophonias ſpeculator et arcanoꝝ dei
cognitor audit clamorē a porta piſciuʒ
et eiulatum a ſecūda ⁊ cōtritione a col
libus. Indicit q̄ʒ vlulatū habitatori-
bus pile. quia conticuit omnis populus
chanaan: diſꝑſi ſunt vniuerſi qui inuo
luti erant argēto. Aggeus feſtiuus ⁊ le
tus q̄ ſeminauit in lachrymiſ vt in gau
dio meteret. deſtructum templū edifi-
cat: deumq̄ʒ patrē inducit loquentem.
Adhuc vnū modicūq̄ʒ. et ego cōmoue-
bo celum et terrā ⁊ mare et aridam. et
mouebo oēs gentes et veniet deſidera-
tus cūctis gētib9. Zacharias memor do
mini ſui multiplex in ꝓphetia ieſum ve
ſtibus ſordidis indutū et lampadeʒ o-
culorum ſeptem. candelabrumq̄ʒ aure
um cum totidem lucernis quot oculis
duas quoq̄ʒ oliuas a ſiniſtris lampadiſ
cernit. et a dextris vt poſt equos ruffos
nigros varios et albos. et diſſipatas q̄-
drigas ex effraym et equū de hieruſalē
pauperē regē vaticinetur: et predicet ſe
dentem ſup pullum filium aſine ſub-
iugalis. Malachias aperte et in fine o-
mnium ꝓphetarum de abiectiōe iſrael
et vocatione gentium. Nō eſt mihi ait
voluntas in vobis dicit domi.us exer
cituum. et munus nō ſuſcipiam de ma
nu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſq̄ʒ ad oc
caſum magnū eſt nomen meū in gen-
tibus. et in omni loco ſacrificat̄ et offer
tur nomini meo oblatio munda. Eſaiā
Hieremiā Ezechiel ⁊ Daniel. quis pt̄
vel intelligere vel exponere? Quorum
primus nō ꝓphetiā videt̄ mihi texe-
re ſed euangelium. Secundus virgaʒ
nuceā et ollam ſuccenſam a facie aqui-
lonis. et pardū ſpoliatū ſuis coloribus
et quadruplex diuerſis metris nectit
alphabetum. Tercius principia. et fine
tantis habet obſcuritatib9 inuoluta vt
apud hebreos ipe partes cum exordio
geneſeos ante annos triginta nō legā
tur. Quartus vero qui et extremus in
ter quattuor ꝓphetas temporū cōſcius
et totius mūdi philohiſtoricus lapidē
p̄ciſum de monte ſine manibus. et re-
gna omnia ſubuertentē claro ſermone
ꝓnūciat. Dauid ſimonides noſter. pin
darus et alcheus flaccus quoq̄ʒ catulluſ
atq̄ʒ ſerenus. chriſtum lyra ꝑſonat. ⁊ in
decachordo pſalterio ab inferis excitat
reſurgentē. Salomō pacificus ⁊ ama
bilis domini: mores corrigit. naturam
docet. eccleſiam iungit et chriſtum. ſan
ctarumq̄ʒ nuptiarū dulce canit epitha
lamiuʒ. Heſter in eccleſie typo populū
liberat de periculo et interfecto aman
qui interpretat̄ iniquitas. ptes cōuiuij
et diem celebrē mittit in poſteros. Pa
ralipomenon liber. i. inſtrumēti veteris
epitome tantus ac talis eſt. vt abſq̄ʒ il-
lo ſi quis ſcientia ſcripturarū ſibi volue
rit arrogare ſeipm̄ irrideat. Per ſingla

quippe nomina iuncturaſqꝫ verborum.
et preteremiſſe in regum libris tangun
tur hiſtorie. et innumerabiles explican
tur euãgelij queſtiones. Eſdras et nee
mias. adiutor videlicet ⁊ cõſolator a do
mino: in vno volumine artãtur inſtau-
rant templum. muros extruunt ciuita
tis: omniſqꝫ illa turba populi redeũtis
in patriã. et deſcriptio ſacerdotũ. leuita
rum. iſrael. ꝓſelitorũ. ac per ſingulas fa-
milias murorũ ac turrium opera diui-
ſa. aliud in cortice ꝓferunt: aliud in me
dulla retinent. Cernis me ſcripturarũ
amore raptum exceſſiſſe modum epi-
ſtole. et tamen non impleſſe quod vo-
lui. Audiuimus tantũ quid noſſe quid
cupere debeamus vt ⁊ nos quoqꝫ poſſu
mus dicere. Cõcupiuit anima mea deſi
derare iuſtificationes tuas in omni tẽ-
pore. Ceterũ illud ſocrati cum implet̃
in nobis. Hoc tantũ ſcio quod neſcio.
Tangam et nouum breuiter teſtamẽ
tum. Mattheus. marcus. lucas. ⁊ iohã
nes. quadriga domini et verũ cherub.
quod interpretat̃ ſcientie plenitudo ꝑ
totum corpus oculati ſunt. ſcintille e-
micant. diſcurrunt fulgura: pedes ha-
bent rectos. et in ſublime tendẽtes: ter
ga pennata et vbiqꝫ volantia tenent ſe
mutuo ſibiqꝫ ꝑplexi ſunt et quaſi rota
in rotam voluuntur et ꝑgunt quocun
qꝫ eos flatus ſpiritusſancti perduxerit.
Paulus apoſtolus ad ſeptẽ ſcribit ec-
cleſias: octaua enĩ ad hebreoſ a pleriſqꝫ
extra numerum ponitur. Thimotheũ
inſtruit ac titum et philomenẽ. ꝓ fugi-
tiuo famulo deprecat̃ ſuper quo meliuſ
tacere puto: q̃ pauca ſcribere. Act⁹ apo-
ſtolorũ nudam quidem videntur ſona
re hiſtoriã. et naſcentis eccleſie infan
tiam texere: ſed ſi nouerimus ſcripto-
rem eorũ lucã eſſe medicũ cuius laus
eſt in euangelio. animaduertimuſ pari
ter omnia verba illius anime languen
tis eſſe medicinam. Jacobꝰ. petrus. io-
hannes. iudas. ſeptem epiſtolas edide
runt tam miſticas q̃ ſuccinctas et bre-
ues pariter ac lõgas: breues in verbis.
longas in ſentẽtijs: vt rarus ſit qui nõ
in earũ cecutiat lectõne. Apocalipſis io
hannis tot habet ſacramenta quot ver
ba. Parũ dixi. et ꝓ merito voluminis
laus omnis inferior eſt. In verbis ſin-
gulis multiplices latent intelligentie.
Oro te frater chariſſime inter hec viue
re. iſta meditari nihil aliud noſſe. nihil
qꝫ aliud querere. nõne videtur tibi iã
hic in terris regni celeſtis habitaculũ?
Nolo vt offendaris in ſcripturis ſanctꝭ
ſimplicitate et quaſi vilitate verborum
que vel vitio interpretũ vl' de induſtria
ſic prolate ſunt. vt ruſticam cõtionẽ fa
cilius inſtruerent. et in vna eademqꝫ ſen
tentia aliter doct⁹. aliter ſentiret indo-
ctus. Non ſum tam petulans et hebes
vt hec me poſſe pollicear. et eoꝝ fructus
capere in terra quoꝝ radices in celo fixe
ſunt: ſed velle fateor ſedentẽ me ꝓfero
magiſtrũ renuens. comitem ſpondeo.
Petenti datur. pulſanti aperit̃. querẽs
inuenit. Diſcamus in terris quorum
ſcientia nobis ꝑſeuerat in celo. Obui-
us te manibus excipiam. et vt inepte
aliquid ac de hermagore tumiditate eſ-
fundam quicq̃d queſieris tecum ſcire
conabor. VIII

h Abes hic amantiſſimũ tui fra-
trem euſebium qui litterarũ
tuarũ mihi gratiam duplica-
uit: referens honeſtatẽ morũ tuorum.
cõtemptũ ſeculi. fidem amicitie. amo-
rem chriſti. Nam prudentiã ⁊ eloquij
venuſtatem: etiam abſqꝫ illo ipa epiſto
la preferebat. Feſtina queſo te. et heren
ti in ſale nauicule funem magis ꝓſcin-
de q̃ ſolue. Nemo renunciaturus ſecu
lo bene poteſt vendere: que cõtempſit
vt venderet. Quicquid in ſumptus de
tuo tuleris pro lucro cõputa. Antiquũ
dictũ eſt. Auaro deeſt tam quod habet
q̃ quod nõ habet. Credenti totus mũ
dus diuitiarũ eſt. Infidelis autem eti
am obolo indiget. Sic viuamus quaſi
nil habentes et omnia poſſidẽtes. Ui-
ctus atqꝫ veſtitus. diuitie chriſtianorũ
ſunt. Si habes in poteſtate rem tuam

[illegible]

vende: ſi nõ habes proijce. Tollenti tunicam. et pallium relinquendum eſt. Scilicet niſi tu ſemper recraſtinans ꝛ die de die trahens caute et pedetentim tuas poſſeſſiunculas vendideris nõ habet chriſtus vnde alat pauperes ſuos. Totum deo dedit qui ſe obtulit. Apoſtoli tantũ nauẽ ꝛ rhetia reliquerũt: vidua duo era miſit in gazaphilatium. et prefert creſi diuitijs. Facile cõtemnit omnia qui ſemper cogitat eſſe moriturum.

Explicit epiſtola ſancti Hieronymi preſbyteri ad Paulinum preſbyterum. Incipit prefatio ſancti Hieronymi preſbyteri in pentateucum.

Deſiderij mei deſideratas accepi epiſtolas. q quodã preſagio futurorũ cum daniele ſortitus eſt nomẽ obſecrãtis vt tranſlatũ in latinam linguam de hebreo ſermone pentateucum veſtrorum auribꝰ traderem. Periculoſum opus certe ꝛ obtrectatorum meorum latratibus patens: q me aſſerunt in ſeptuaginta interpretũ ſuggillationẽ noua ꝓ veteribus cudere. et ita ingenium quaſi vinum ꝓbantes: cũ ego ſepiſſime teſtatus ſum me pro virili ſermone in tabernaculo dei offerre que poſſim: nec opes alterius aliorum paupertate fedari. Quod vt audirẽ origenis me ſtudium ꝓuocauit qui editioni antique tranſlationẽ theodotionis miſcuit aſteriſco et obelo id eſt ſtella et veru: omne opus diſtinguens. dũ aut illuceſcere facit que minus ante fuerãt aut ſuꝑflua queqꝫ iugulat et cõfodit. ꝛ maxime que euangeliſtarum et apoſtolorum autoritas ꝓmulgauit. In quibꝰ multa de veteri teſtamento legimus q in noſtris codicibꝰ non habentur: vt eſt illud. Ex egypto vocaui filium meum. et quoniam nazareus vocabitur. et videbunt in quem cõpunxerunt. et flumina de ventre eius fluent aque viue. et que nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis aſcẽdit que preparauit deus diligentibus ſe. et multa alia que ꝓprium ſyntagma deſiderant. Interrogemus ergo eos vbi hec ſcripta ſunt et cum dicere nõ potuerint de libris hebraicis ꝓferamus. Primũ teſtimonium eſt in oſee. ſecundum in eſaia. tercium in zacharia. quartum in ꝓuerbijs. quintũ eque in eſaia. qđ multi ignorãtes apocriphoꝝ deliramẽta ſectantur: et hiberas nenias libris autẽticis preferũt. Cauſas erroris non eſt meũ exponere. Iudei prudenti factum dicũt eſſe cõſilio: ne ptolomeus vnius dei cultor etiã apud hebreos duplicem diuinitatẽ deprehẽderet. Qđ maxime idcirco faciebãt: q2 in platonis dogma cadere videbãt. Deniqꝫ vbicũqꝫ ſacratum aliquid ſcriptura teſtat de patre ꝛ filio ꝛ ſpirituſancto. aut aliter interpretati ſunt. aut omnino tacuerunt: vt regi ſatiſfaceret. et arcanum fidei nõ vulgaret. Et neſcio quis primus autor ſeptuaginta cellulas alexandrie mẽdacio ſuo extruxerit. quibꝰ diuiſi eadẽ ſcriptitarint. cũ ariſteus eiuſdẽ ptolomei hyperaſpites. ꝛ nõ multo poſt tempore ioſephus nihil tale retulerint. ſed in vna baſilica cõgregatos cõtuliſſe ſcribant: nõ ꝓphetaſſe. Aliud eſt enim eſſe vatẽ aliud eſt eſſe interpretẽ. Ibi ſpiritꝰ vẽtura predicit. hic eruditio et verboꝝ copia ea q intelligit trãſfert: Niſi forte putandus eſt tullius economicũ xenofontis et platonis pythagorã. et demoſthenis ꝓ cteſifonte. afflatus rhetorico ſpiritu tranſtuliſſe. Aut aliter de eiſdem libris per ſeptuaginta interpretes. aliter per apoſtolos ſpirituſſanctus teſtimonia texuit: vt qđ illi tacuerunt: hi ſcriptum eſſe mentiti ſint. Quid igitur? Damnamꝰ veteres. Minime ſed poſt priorũ ſtudia in domo dñi qđ poſſumꝰ laboramus. Illi interpretati ſunt ante